

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 49. Pobatur secundò ex aliis verbis Salvatoris ibidem: Non omnis
qui dicit mihi, Domine, Domine, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

De Sacramento Pœnitentiarum.

327

emendatione non sufficeret ad debitam pœnitentiam. Igitur pœnitentia ipsorum censenda non est vera & iusticiæ; sed vel falsa, vel insufficiens.

CAPUT XLIX.

Probatur secundum ex aliis verbis Salvatoris ibidem: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, &c.

⁸³¹ **A** Liud ex eodem Evangelio argumentum sic formari potest: Veritate teste ibidem, non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum. Ergo non omnis qui Christo dicit, Domine, Domine, vere atque pleno corde subiectus se dicit, verè atque ex pleno corde subiectus se dominio ipsius. Nec credere debemus, Christum verè ac plenè dominari omni homini, Christo orentis dicenti, Domine, Domine, etiam ubi ratio manifesta non appareret in contrarium. Alias eredere deberemus, omnem hominem, hoc orentis dicentem, salvari, ubi non est evidencia contraria. Cum certò salvandi sint omnes, quibus Christus verè ac plenè dominatur.

⁸³² Tamen si igitur omnis, cui Christus verè ac plenè dominatur, certissimè intraturus sit in regnum celorum; non omnis tamen orentis ipsi dicans, Domine, Domine, dominio ipsius verè ac plenè se subiectus; nec hoc eredere debemus. Similiter ergo, tamen si omnis qui verè & plenè de peccatis commissi pœnitit, certissimè gratiam consequatur; non omnis tamen qui dicit orentis, penitit me, verè & plenè de lis pœnitit; nec hoc eredere debemus.

⁸³³ Sed sicut ille est credendum verè ac plenè subiectus dominio Christi, qui sic dicit, Domine, Domine, ut faciat voluntatem Patris ipsius, qui in celis est. Sic ille credendum est verè & plenè pœnitit, qui sic dicit, penitit me, ut faciat voluntatem Patris coelestis, quæ est ut faciamus fructus dignos pœnitentiarum, Luc. 3. & implicantur illud Isa. 1. Quicunque ergo perverse, dicit beni facere. Audiat hoc & faciat quisquis verè vult pœnitire, & per pœnitentiam justificari. Non enim auditores legi iustificabuntur. Rom. 2.

CAPUT L.

Probatur tertio ex similitudine arboris, de qua ibidem.

⁸³⁴ **R**edeamus ad similitudinem arboris, quâ Christus uitur in illo Evangelio. Ex ea sic deuotus argumentor: arbor ex fructibus malis cognoscitur esse mala: ergo voluntas ex operibus malis cognoscitur esse mala. Sed voluntas mala tamdiu cencetur vivere in peccatore, quamdiu ex ipsa prodeunt folia opera mala; sicut arbor mala tamdiu cencetur vivere in racice, quamdiu ex ipsa prodeunt soliti fructus mali. Quamdiu ergo peccator non mutat mores de malis in bonos, nec vitam emendat, tamdiu cencetur in ipso vivere voluntas mala. Et sicut arbor tamdiu non cencetur mutata de mala in bonam, quamdiu producit fructus malos; nec cencetur mutata de mala in plenè bonam per solam productionem foliorum bonorum, sed per solam productionem fructuum bonorum; sic voluntas tamdiu non cencetur mutata de mala in bonam, quamdiu producit opera mala; nec cencetur mutata de mala in plene bonam per solam productionem foliorum bonorum, que sunt verba confessionis, lachrymæ momentaneæ, gemitus steriles, promissa bona absque effectu; sed per solam productionem illorum operum bonorum, que Scriptura vocat fructus dignos pœnitentiarum.

Denique sicut arbor tamdiu cencetur sterilis & infecunda, quamdiu fructum non producit in tempore suo; sic voluntas se emendandi, Deoque satisfaciendi, in peccatore, tamdiu cencetur iterius & infecunda, seu inefficax, quamdiu non producit effectum in tempore suo. Et ita totam Venetabilium Patrum autoritatem censuisse, laudatumque Evangelium intellexisse, confitabit ex di- cendis.

CAPUT LI.

Probatur quartio ex plurimis aliis comparationibus, parabolisque, tam ex Matth. 7. quam ex Luc. 8. desumptis, ex quibus vera pœnitentia à falsa, plenaque à nonplena discernitur.

⁸³⁵ **N**ihil rationabilius dici potest, quam tale esse disserendum debitè & indebitè pœnitentis, quale est disserendum debitè & indebitè semen coeleste recipiens. Tale item disserendum veri pœnitentis à falso, quale veri sapientis à stulto. Cum verus pœnitentis viro sapienti merito comparetur, & stultus stulto; debitè pœnitentis, debitè recipiat verbum Dei; quod indebitè pœnitentis indebitè recipit; fructus denique præciosus coelestis illius seminis sit pœnitentis fructus. Sicut ergo Christus virum sapientem à stulto in Evangelio discernit per hoc quod sapiens solidum & stabile edificium jaciat, quod ad flatum contrariorum ventorum facile non cadit; stultus econtra faciat edificium infirmum & instabile, quod ad flatum ventorum contrariorum facile concidit: sic verum pœnitentem à falso, vel indebitè pœnitente discernendum infinitum, per hoc quod verè debitèque pœnitentis pœnitentia edificata sit supra petram fortis atque efficacis voluntatis, quæ ad flatum contrariorum ventorum seu tentationum facile non concidit; sicut vero vel indebitè pœnitentis pœnitentia edificata sit super arenam infirmam & inefficacis voluntatis, quæ ad flatum contrariorum tentationum facile concidit. Omnis ergo qui audiebat verba mea hæc, & facit ea (ait Christus Matth. 7.) assimilabitur viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & facta ruina illius magna. Veri & falsi, seu debitè & indebitè pœnitentis imaginem Christus hinc delineandam indigitavit. Verus enim pœnitentis audit verbum Dei, & facit. Falsus, seu indebitè pœnitentis, audit, sed non facit. Prior ergo (talis Veritate) similis est viro sapienti, edificanti solidum edificium supra petram; posterior similis stulto, edificanti luper arenam. Quia pœnitentia ipsius edificata non est supra petram voluntatis fortis & efficacis, sicut pœnitentia prioris; sed super arenam voluntatis languide, imbecille & inefficacis. Non mirum proinde si edificium illud facilè collabatur, statim atque ingruunt pluvia, flumina, venti tentationum, libidinum, cupiditatem, passionem; à quibus citè & facilè non deciscit pœnitentia edificata supra petram plenæ efficacitatem voluntatis. Quam idcirco Apoltoius 2. Cor. 7. pœnitentiam stibalem appellat.

Simile etiamen inter veram & falsam, debitam & indebitam pœnitentiam, Christus infinita per parabolam temini. diversitatemque subjecti illud recipiens. Impedita quippe calitus pœnitentia haud dubie est verbum Dei, de quo Christus Luc. 8. Semen est verbum Dei. Existit